

**INTROIT Psalm 63: 3**

Protexísti me, Deus, a convéntu malignántium, allelúja: a multítudine operántium iniquitátem, allelúja, allelúja. (Ps. 63: 2) Exáudi, Deus, oratióne meam cum déprecor: a timóre inimíci éripe ánimam meam. v. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Protexísti me, Deus, a convéntu malignántium, allelúja: a multítudine operántium iniquitátem, allelúja, allelúja.

**COLLECT**

Deus, qui beátum Fidelem, seráphico spíritus ardore succénsum, in veræ fidei propagatióne martýrii palma et gloriósis miráculis decoráre dignátus es: ejus, quæsumus, méritis et intercessióne, ita nos per grátiam tuam in fide et caritáte confírma; ut in servítio tuo fidéles usque ad mortem inveníri mereámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE Wisdom 5: 1-5**

Stabunt justí in magna constántia advérsus eos, qui se angustiavérunt, et qui abstulérunt labóres eórum. Vidéntes turbabúntur timóre horríbili, et mirabúntur in subitatióne insperátæ salutis, dicéntes intra se, pœniténtiam agéntes, et præ angústia spíritus geméntes: Hi sunt, quos habúimus aliquándo in derísum, et in similitúdinem improperíi. Nos insensáti vitam illórum æstimabámus insániam, et finem illórum sine honóre: ecce quómodo computáti sunt inter filios Dei, et inter Sanctos sors illórum est.

**GREATER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. V. (Ps. 88: 6) Confítebúntur cæli mirabília tua, Dómine: étenim veritátem tuam in ecclésia sanctórum. Allelúja. V. (Ps. 20: 4) Posuísti, Dómine, super ca-put ejus coronam de lápide pretióso. Allelúja.

**GOSPEL John 15: 1-7**

In illo témpore: Dixit Jesus discíplis suis: Ego sum vitis vera: et Pater meus agrícola est. Omnem pálmitem in me non feréntem fructum, tollet eum: et omnem, qui fert fructum, purgábit eum, ut fructum plus áfferat. Jam vos mundi estis propter sermónem, quem locútus sum vobis. Mane te in me: et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetípso, nisi mánserit in vite: sic nec vos, nisi in me manséritis. Ego sum vitis, vos pálmites: qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potéstis fácere. Si quis in me non mánserit, mittétur foras sicut palmes, et aréscet, et cólligent eum, et in ignem mittent, et ardet. Si manséritis in me, et verba mea in vobis mánserint: quodcúmque voluérítis, petétis, et fiet vobis.

**OFFERTORY Psalm 88: 6**

Confítebúntur Cæli mirabília tua, Dómine, et veritátem tuam in ecclésia sanctórum, allelúja, allelúja.

**PREFACE FOR EASTER**

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, te quidem Dómine omni témpore, sed in hac potíssimum die, gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatióibus, cumque omni militía cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicentes:

**SECRET**

Muneribus nostris, quæsumus, Dómine, precibusque suscéptis: et cæléstibus nos munda mystériis, et cleménter exáudi. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION Psalm 63: 11**

Lætábitur justus in Dómino, et sperábit in eo: et laudabúntur omnes recti corde, allelúja, allelúja.

**POSTCOMMUNION**

Da, quæsumus, Dómine Deus noster: ut, sicut tuórum commemoratióne Sanctórum temporáli gratulámur officio; ita perpétuo lætémur aspéctu. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Thou last protected me, O God, from the assembly of the malignant, alleluia: from the multitude of the workers of iniquity, alleluia, alleluia. (Ps. 63: 2) Hear, O God, my prayers, when I make supplication to Thee: deliver my soul from the fear of the enemy v. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Thou last protected me, O God, from the assembly of the malignant, alleluia: from the multitude of the workers of iniquity, alleluia, alleluia.

O God, Who didst vouchsafe to adorn with the grace of working miracles and the palm of martyrdom in the propagation of the true faith the blessed Fidelis, inflamed with seraphic ardor of soul, we beseech Thee, by his merits and intercession, so to strengthen us through Thy grace in faith and charity that we may be worthy to be found faithful in Thy service even unto death. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Then shall the just stand with great constancy against those that have afflicted them and taken away their labors. These seeing it, shall be troubled with terrible fear, and shall be amazed at the suddenness of their unexpected salvation, saying within themselves, repenting, and groaning for anguish of spirit: These are they whom we had some time in derision and for a parable of reproach. We fools esteemed their life madness and their end without honor; behold how they are numbered among the children of God, and their lot is among the Saints.

Alleluia, alleluia. V. (Ps. 88: 6) The Heavens shall confess Thy wonders, O Lord; and Thy truth in the Church of the saints. Alleluia. V. (Ps. 20: 4) O Lord, Thou halt set on his head a crown of precious stones. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples: I am the true Vine; and My Father is the husbandman. Every branch in Me, that beareth not fruit, He will take away: and every one that beareth fruit, He will purge it, that it may bring forth more fruit. Now you are clean by reason of the word, which I have spoken to you. Abide in Me, and I in you. As the branch cannot bear fruit of itself, unless it abide in the vine, so neither can you, unless you abide in Me. I am the Vine: you the branches: he that abideth in Me, and I in him, the same beareth much fruit: for without Me you can do nothing. If any one abide not in Me, he shall be cast forth as a branch, and shall wither, and they shall gather him up, and case him into the fire, and be burneth. If you abide in Me, and my words abide in you, you shall ask whatever you will, and it shall be done unto you.

The Heavens shall confess Thy wonders, O Lord, and Thy truth in the church of the saints, alleluia, alleluia.

It is truly meet and just, right and for our salvation, at all times to praise Thee, O Lord, but more gloriously especially at this time above others when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

Receive, we beseech Thee, O Lord, our offerings and prayers: cleanse us by virtue of these heavenly mysteries and graciously hear us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

The just shall rejoice in the Lord, and shall hope in Him: and all the upright in heart shall be praised, alleluia, alleluia.

Grant, we beseech Thee, O Lord, that we who on earth discharge with joy the duty of honoring Thy saints may be gladdened by their company forever in heaven. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.